Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26124
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Dixit insipiens in corde suo: non est deus. Unde nec quisquam dicit: Quis est omnipotens ut seruiam ei? Plerique enim plus appetunt homines seruire hominibus quos corporaliter uident, quam seruire deo quem non uident. Omne enim quod faciunt ad finem oculorum tendunt, et quia in deo oculos cordis tendere non possunt, ei obsequia praebere uel despiciunt, uel si cepint fatigantur. Esse enim sic dictum et non credunt, quem corporaliter non intuentur. Qui si auctorem omnium dominum humiliter quererent, id quod non uidetur ratione quidem eum meliorem in semetipsis inuenirent. Ipsi quippe et anima inuisibili, et corpore uisibili subsistunt. Si hoc ab eis quod non uidetur abstrahitur, illico corruunt quod uidetur. Et patent quidem carnis oculi, sed uidere quemquam uel sentire non possunt. Sensus enim uisionis periit quia habitator recessit, et domus carnis remanet uacua, quia abscessit ille inuisibilis spiritus quem respicere fenestras solebat. Quia quoque rebus uisibilibus inuisibilia praestantiora sunt. Carnales quique ex semetipsis pensare debuerant, atque pro hanc uitia diuerim scala considerationis tendere in dominum, quia eo est quod inuisibilis permanet, et eo summum permanet quod comprehendi nequaquam potest. Sunt uero non nulli quidem et esse incomprehensibile non ambiguunt, quam ab eo non ipsum sed dona exteriora quaerunt. Quae cum ei seruientibus de esse conspiciunt, ipsi seruire contemnunt. De quo adhuc uerbis adiungitur. Et quod nos pro dei seruorum uerimus illum. Cum deus in oratione non quaerit, cuius animum in oratione lassat, quia cum illa quisque postulat quod fortasse iurta occultum iudicium deus tribuere recusat, ipse quoque uenit in fastidio quem non uult dare, quod amatur. Sed se magis dominus quam ea quae edidit uult amari, aeterna potius quam terrena postulari, sicut scriptum est. Quaerite primum regnum dei, et haec omnia adicientur uobis. Qui enim non ait dabuntur sed adicientur uobis, profecto indicat aliud esse quod principaliter datur, aliud quod superadditur. Et tamen